



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

159. An professio alicuis Novitii, vel Novitiæ sit in valida, si fuerit admissa
contra prohibitionem Generalis, Episcopi, &c. Vnde clare discutitur illius
difficultatis quæstio, an lex prohibens ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

non attingat annum decimum sextum? Ex p. 3. tr. 2. Refol. 57.

Sup. hoc in Ref. leg §. 2. & in tom. 2. tr. 1. R. 111 §. vlt. & in to §. 3. tr. 2. R. 171. Nota tamen posse.

§. 1. **A**ffirmatiue respondent doctus Acugna in comment. ad Decretum Gratiani p. 1. dist. 53. cap. 1. num. 19. Reginaldus tom. 2. lib. 18. cap. 17. numer. 585. Portel in dub. Regul. ver. nouitii annus, num. 48. Bartholomæus de Heechis in praxi in nouitiis, dub. 4. disp. 11. num. 2. Zanardus in direct. Confess. part. 2. c. 26. num. 12. Syluester verb. Religio, quest. 5. §. 3. & seq. n. 19. Angelus ver. nouitiis num. 7. Tabiena eodem verb. n. 4. Henriquez lib. 1. 3. cap. 4. num. 2. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 24. n. 22. & in summa tom. 2. lib. 5. cap. 3. n. 31. & cap. 4. num. 9. Molina de iust. tom. 2. disp. 573. n. 2. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. notan. 4. Rodriguez in qq. Regul. tom. 3. quest. 15. art. 4. Grassius lib. 3. consiliorum, cons. 6. de Regular. num. 2. Sorbus in compen. priuileg. ver. nouitiis, ad 6. notandum Gratianus in discept. tom. 3. cap. 4. 1. num. 36. p. 1. attentè legatur Miranda in manuali Pralat. tom. 1. quest. 22. art. 3. conclus. 2. Campanili in dinerfor. iur. can. vubr. 12. cap. 3. num. 14. Suarez, de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 13. Naldus in summa. ver. Professio, num. 6. & Villalobos in summa, tom. 2. tract. 3. §. 15. num. 4. vbi sic asserit. [Ha se de aduentu, que el año del nouiciado no es necesario que sea a 0, y dia, como algunos imaginan; porque si esso fuerá, el derecho lo señalará, si no que corre el año del momento a momento; de manera que el que recebio el habito un dia antes de la visperas, puede hazer professon el año siguiente el mismo dia despues de las visperas, que con esso está cumplido el año, si no que es menester, que el año sea cumplido.] Ita ille.

2. Dicendum est igitur, quod si quis suscepit habitum Religionis 1. Ianuar. post meridiem, non potest eodem die recurrente in termino anni, profiteri ante meridiem, sed expectandum erit punctum suscepti habitus. Vide Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de Regular. & lib. 3. §. minorem, Digestus, de minoribus.

Sup. hoc in R. 1. not. p. a. teritæ §. 1. & in R. 2. & 3. in eisdem §§.

3. Sed queres, an idem dicendum sit, si nouitius expleto anno nouitiatus, vt supra, tamen non attingat annum decimum sextum. Respondeo affirmatiue ex Tridentino, & DD. citatis, & ideo Villalobos in summa vbi supra, tom. 1. tract. 1. §. 20. num. 1. sic ait. [Se dio por nula vna professon con parecer de los hombres mas doctos desta Vniuersidad de Salamanca, por haerse echo seys horas antes, que el nouicio compliesse los diez y seis años.] Vide etiam Gratianum discept. forens. tom. 3. cap. 413. n. 31.

RESOL. CLVIII.

An in aetate requisita ad professionem emittendam detur paritas materia?
Et quid in anno Nouitiatus?
Et quid est agendum, si nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, an non dicatur expletus hic annus nisi secunda die, que etiam appellatur 24. id est 25. dies? Ex part. 5. tractat. 5. Refol. 18.

* Quæ hic est Ref. ante cedens, & in tom. 2. tr. 1. R. 111 §. vlt. & in to §. 3. tr. 2. R. 171 §. Nota tamen posse.

§. 1. **R**espondeo negatiue cum Basilio Pontio de matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1. Vnde in 3. part. tract. 2. * resol. 57. teste Villalobos, obseruauit Theologos Salmanticenses docuisse quamdam professionem fuisse nullam, quia fuit emissa sex horas ante annum decimum sextum, & ita hanc sententiam determinauit sacra rota part. 1. decis. 175. num. 7. in recent. vbi resoluit nullam esse professionem emissam ante completum 16. annum.

2. Sed quid dicendum de anno nouitiatus, & videtur in illo dari posse paritatem materie, & ita non esse necessarium, vt vltima dies anni sit completa, sed sufficere ad valorem professionis, vt Nouitius maneat in aetate, in qua post meridiem impletur probationis annus, professionem emittat. Ita Henriquez lib. 1. 3. de excomm. cap. 40. num. 2. Rodriguez tom. 3. quest. 15. numer. 4. & Stephani Gratianus tom. 3. discept. forens. cap. 413. a num. 16. Ducuntur, quia in fauorabilibus dies cæpta habetur pro perfecta, vt ex multis probant idem Gratianus, & Rodriguez. Quare licet Trident. sess. 25. cap. 15. de Regul. requirat annum probationis expletum prius quam emittatur professio, sufficit tamen in fauorabilibus ingressus vltimi diei anni, vt dictum est, quamuis non completi, eo vel maxime, quia de modico spatio aliquarum horarum non curat lex, tanquam de paucissimo momento, vt inquit Bald. in cap. cum in cunctis, num. 3. de elect. & quamuis idem Baldus loquatur de punctis horarum, non de horis, attamen idem est in modico spatio horarum respectu totius diei, prout est de punctis respectu horæ. Tiraquell. de ind. in rebus exigent. forens. col. 19. ad mod. ver. sexagesimo nono, his proximum est per text. in l. si fundum, verb. planè, ff. de fundo dotal. Bald. in cap. vlt. col. 2. vers. modo quæro, de prescrip. & Fenut. de momento temporis, cap. 33. in fine. Præterea, quia moraliter potest dici perfectum quod parum distat à perfectione. Verum his non obstantibus dicendum est annum nouitiatus de momento ad momentum esse necessariò complendum, per Doctores, quos ego ad fatietatem adduxi in dicta resolutione 57.

3. Notandum est tamen hic, si Nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij, anno bissextili, non dici expletum hunc annum nisi secunda die, que etiam appellatur 24. id est 25. die. Quare emittere non potest professionem, nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni, in quo suscepit habitum; & est ratio, quia vtraque dies pro vna habetur in iure l. 3. §. minorem. ff. de minor. l. can. bissextilis. ff. de verbor. signific. & cap. quæ sunt eodem titulo, & ideo dies secundus est complementum anni probationis. Ita Molina tom. 2. disp. 573. §. atque vt à minori aetate, Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. put. 24. num. 22. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 59. Miranda in manuali Pralator. tom. 1. quest. 22. art. 3. & alij.

RESOL. CLIX.

An professio alicuius Nouitij, vel Nouitiæ sit inualida, si fuerit admissa contra prohibitionem Generalis Episcopi, &c.
Vnde clare discutitur illius difficultatis questio, an lex prohibens aliquem actum reddat illum non solum illicitum, sed inualidum?
Et docetur legem prohibentem simpliciter actum, etiam si nihil aliud addat, irritare illum.
Et pro firmanda doctrina prædictarum difficultatum alia multa adducuntur, & tota doctrina est valde notanda, & in mente, & premptis tenenda, quia in multis casibus in praxi est quotidiana. Ex p. 1. c. 11. 12. & Misc 2. Ref. 6.

§. 1. **V**idetur respondendum affirmatiue, quia voluntas inferioris non potest esse efficacior, contra altioris voluntatem. Ergo non potest subditus facere valide, quod Superior prohibuit. Quod patet ex doctrina Iuriconsultorum asserentium, legem simpliciter prohibentem actum etiam si nihil addat,

addat, irritare illum. Ita Bart. in leg. Non dubium. Cod. de legib. vbi Iason & alij Gloss. 1. in cap. licet canon. de elec. in 6. Panormitanus in cap. Nulli de reb. Eccles. non alien. & in cap. Ad Apostolicam de reg. n. 10. Car. dim. in Clem. 1. de rescript. Tiraquellus alios referens, in leg. olim. Comm. gloss. 4. num. 5. & 6. Ioannes Camillus Bilotta in tract. de absol. a iur. amen. lib. 1. cap. 12. num. 1. Lazar. de mont. sect. 3. qua. 6. num. 14. Et videtur tenere Covarruias in cap. Quamvis pactum p. 1. §. 4. num. 6.

2. Probatur secundò ex leg. Non dubium. Cod. de Legib. vbi imperator declarat, omnes Contractus, & actus similes, qui sunt contra legem prohibentem, esse invalidos, inutiles, & pro infectis haberi, & subiungit, hoc procedere etiam si lex non dicat, vt actus non valeat; sed solum vt non fiat. Et nota, quòd hæc lex fuit canonizata per Gregorium Papam in Regesto lib. 7. in d. 2. epist. 7. ad Iannarium Calaritanum. Et habetur in Canone Imperiali 25. quaest. 2. & concordat Regula, qua contra 64. de regul. iur. lib. 6. qua. sic habet, Quæ contra Ius suam, debent vique pro infectis haberi. Quæ sumpta videtur ex leg. Pacta que contrà. Cod. de pact.

3. Probatur Tertio: quia leges Ecclesiasticæ prohibentes matrimonia inter Consanguineos vsque ad quartum gradum, irritant illa quamvis non habeant verba irritantia, sed tantum simplicem prohibitionem: vt videre licet in toto corpore iuris canonici, & præsertim in cap. Non debet, de consang. Idem constat ex prohibitione matrimonij fidelis cum infideli, quæ habetur in cap. Can. cap. Non oportet cap. si quis Iudaica, cap. Iudæi 28. quaest. 1. & ex Canon. 13. Concil. gener. Chalced. & c. 67. Concil. Agathens.

4. Probatur quartò: quia quando prohibitio legis respicit substantiam actus, & non circumstantias aliquas; tunc reddit actum inualidum, vt ex Glossa in Authen. verb. Sacram. Cod. de recept. arbitr. & ex Iafone in dista lege Non dubium num. 20. docet, probat Christophorus Anguianus de Const. Princip. lib. 3. contr. 7. num. 22. & seq. cui ex Theologis videtur adherere Gordonus in Summa. lib. 2. quaest. 10. cap. 8. §. 3. num. 22. Sed in nostro Casu, de quo est quaestio prohibito respicit substantiam actus, nempe ipsam Professionem. Ergo illa contra talem prohibitionem emissa, & admissa erit inualida. Vnde pro hac sententia in terminis potest adduci Lapsus Allegat. 4. numer. 7. Franchus in cap. Non solum num. 6. de Regul. in 6. & ex Neoteris Bonacina de Clausura, quaest. 2. parit. 10. difficult. 2. §. 6. num. 7. afferentes, quòd si Superior esset suspensus ab admisione ad professionem; Professio sic ab ipso admissa, esset inualida.

5. Sed his minimè suffragantibus, existimo Professionem, de qua est quaestio fuisse validam; quia, vt suppono, in dictis prohibitionibus nullum adest Decretum irritans, nec dictæ Professionis sibi referuatio. Et idèd hanc sententiam in terminis, vt dici solet, terminantibus docet, & tenet Sanchez in Summa, tom. 2. lib. 5. cap. 14. num. 71. in fine, & num. 79. Portel in Respons. Regular. part. 1. cap. 9. num. 8. Bordonus in Conf. Regular. tom. 2. Res. 57. n. 32. & 33. & 34. Pellazzarius in Manual. Regul. tom. 1. tract. 3. cap. 3. n. 23. Leandrus in Q. Q. Regul. cap. 11. super 2. Regula D. Francisci §. 2. num. 18. Vide etiam Garciam in Polii. Regul. tom. 1. tract. 2. diff. 3. dub. 3. num. 11. Palaum tom. 3. tract. 16. disp. 2. quaest. 3. num. 5. Peyrinum de Relig. Sup. quaest. 1. cap. 26. §. 2. conclus. 5. Vecchium in Praxi Nouit. disp. 12. dub. 1. num. 5. & alios penes ipsos.

6. Probatur hæc opinio, quia prohibitio in nostro Casu est simplex prohibitio, quæ potestatem non tollit, sed illius usum contra prohibitionem exercitum reddit illicitum. Et hoc procedit, siue prohibitio

fit à Iure, siue ab homine, modò ei non adiungatur irritatio: & hoc locum habet, etiam si huiusmodi prohibitio esset non solum simplex pœna, sed etiam Suspendio & Censura, etiam secuta declaratione; quia suspendio, sicut & Excommunicatio in vitando tollit solum potestatem iurisdictionis, non autem superioritatis, à qua dependet actus receptionis ad Professionem. Ratio verò horum omnium est, quia annullatio actus, & prohibitio sunt distincti effectus legis, non necessariò connexi: igitur ex rei natura ex prohibitione alicuius actus non aptè inferitur; quòd ille actus sit irritus. Antecedens probatur: Aliud est vetare aliquem actum, aliud est eundem reddere inualidum, & vnum non necessariò comitatur aliud: vt patet in præceptis naturalibus. Ex rei natura qui vult Deo castitatem, prohibetur matrimonium inire; si tamen ineat, contractus est validus, seu ex eo capite præcisè non irritatur; & ita de multis alijs, & idem ostenditur in lege Ecclesiastica. Adde, quod quedam sunt illicitè quæ tamen facta tenent. Probatur Secundò: Actum irritari, est grauamen, quod non satis constat appositum per simplicem prohibitionem, igitur ex prohibitione, quantum quidem est ex rei natura, non aptè inferitur irritatio actus. Dices: Per omnem prohibitionem legislator resistit actui; ergo. Respondetur negando consequentiam; quia non semper resistit valori actus, sed resistit ne licitè fiat; vel saltem ne fiat, nisi quis sit paratus penam subire.

7. Potest etiam supradicta doctrina alijs exemplis confirmari individualiter de Professione loquentibus. Et primò ex Concilio Tridentino sess. 25. cap. 17. de Regular. vbi prohibetur, Abbatissam dare Professionem Nouitiæ, antequam moneat Episcopum profaciendo examine libertatis: & tamen, si Abbatissa omiſſa monitione, & examine Episcopi, Nouitiæ det professionem, erit valida, si alias non fuit impedimentum dirimens Professionem. Colligitur clarè ex eodem capite, quia ibi non dicitur Professionem alias fore irritam: sed prælatam puniendam ab Episcopo. Vide Menochium consil. 396. num. 22. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84. Pellazzarium de Moral. cap. 3. sect. 1. num. 3. & alios. Secundò: in cap. Si vir, & vxor. 27. quaest. disponitur, quòd si vir, & vxor velint Religionem ingredi, hoc minimè efficiatur sine consensu, seu licentia Episcopi, & tamen si Professionem emitterent absque tali licentia, Professio esset valida, vt notat ibi Glossa verb. Consensus. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 32. num. 3. Ancharanus in dist. cap. Si vir, num. 1. Bellamera, num. vnico, T. trecremata, num. vnico, & alius. Tertio: si in Constitutionibus alicuius Religionis statutum sit, ne Nouitiæ, v. g. recipiantur ante 18. annum; si tamen admittantur ad professionem expleto anno 16. valida erit Professio, vt ex multis docet Peyrinus de Prælat. Regul. quaest. 3. cap. 1. §. 6. num. 157. & seqq. Nouarius in Lucerna Regular. verb. Professio num. 17. & alij. Et tandem, quia argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet; optimè docet Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 32. quòd si Episcopus rigoroso mandato præcipiat Parocho, nè certos sponsos in matrimonium iungat in facie Ecclesiæ; & nihilominus Parochus inobediens, illos ad matrimonium admittat quidquid sit de peccato Paroehi, matrimonium erit validum, si tamen Sponsi nullum habebant impedimentum dirimens matrimonium. Et inter alia, num. 2. ad finem, id probat doctrina Adriani, dantis exemplum in Religioso, cui Prælati per obedientiam prohibuit nè Confessiones audiret, & ille tamen audiuit; nam tales Confessiones fuerunt valide quidquid sit de peccato illius; nam Religiosus alias erat approbatus, &c. Adde, vt notat Suarez de legib. lib. 5.

Sup. hac prohibitionem in tom. 1. tr. 3. R. 26. §. Tertio idem, & pro peccato in dicto casu, §. eius an. Sed lege doctrinâ R. 1. not. 1. huius Ref. ab eus §. Confirmatur etiam.

Et pro contento à lin. 15. & vers. Secundo huius §. in R. & §. 1. not. præteritæ. Sed pro parte quado vnus ex coniugiabus professionem emittit. Vide infra R. 333 §. 1. signatæ post mediū.

Et pro contento à lin. 32. & vers. quod si Episcopus huius textus, in ro. 1. et 6. R. 70. & 81. §. 2. ad medium, & alius eius, not. & not. 1. huius Ref. & pro exemplo in Religioso contento in hoc textu.

in Ref. l. hu
ius annor. 5
1. ad ntediu
à verf. Vt. fi
Epifcopus.

cap. 25. num. 11. Villalobos in *Summa*, tom. 1. tract. 2. difficult. 29. num. 3. & alij: matrimonium contractum contra votum simplex, est quidem illicitum, sed non intulidum. Item ad omnia dicta confirmanda vtor argumento sumpto ex antiqua lege Ecclesie, quæ prohibebat matrimonia clandestina. cap. *Alter. cum multis* 30. *quæst. 5. cap. Cum in bib. bitio de claud. despons.* Illa enim lex directè in specie, & absolute & cū omni exaggeratione intrā latitudinem prohibitionis, vebat illum actum; vt patet ex illis verbis, *penitus inbibemus*, & nihilominus non irritabat illum vsque ad *Concil. Trident.* vt est certa sententia Theologorum in 4. *dict.* 28. Quam idem Concilium in principio illius decreti approbavit. Suntque eius verba ad præsentem causam plurimum notanda. Simul enim docent, Matrimonia clandestina libero Contrahentium consensu facta, rata, & vera fuisse Matrimonia, quādiu Ecclesia illa irrita non fecit. Et subiungit, Nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Ergo absoluta prohibitio cum quacumque exaggeratione, & detestatione actus non irritat illum ex mente Concilij. Et tandem Alexander de Nevo in cap. *penultimum*, de *Desponsatione Impuberum*, num. 11. dicit, esse omnium sententiam, valere contractum Matrimonij, licet sit contra prohibitionem Summi Pontificis. Quod etiam sequitur Sanchez, lib. 7. de *Matrim. disp.* 2. num. 12. cum Richardo, & Paludano, S. Antonino, Siluestro, & Turrecremata, & manifestè id statuit Alexander III. Papa in cap. 2. de *Matrimonio contracto contra Interdictum Ecclesie*, ibi: *Licet contra interdictum Ecclesie ad secunda vota transire non debeat; non tamen conueniens, vt ob id solum Sacramentum Coniugij dissoluatur.* Vbi Glossa, inquit, sic patet quod interdictum (id est prohibitio) Ecclesie non dissoluit Matrimonium. Ergo & in casu nostro valebit Professio, etiam Summo Pontifice prohibente: nam vt dictum est, prohibere, & irritare sunt valde diuersa; illud enim primum, solum est lex, quæ obligat, nē aliquid fiat, relicta tamen potestate physica & moralis (vt ita loquar) illud faciendi, licet illicitè, vt cum Superior præcipit Subdito nē domum egrediat, manet in potestate Subditi verè egrediendi licet illicitè: hoc verò secundum cassum reddit actum, & tollit possibilitatem faciendi; ita vt perinde agat, ac si non ageret. Non ergo, ex eo quod Superior sua lege prohibeat; infertur irritatio. Et idèd in casu nostro licet emissio Professionis prohibeatur non ex hoc irritatur.

8. Restat modo respondere ad argumenta contraria in principio huius Resolutionis apposita. Et ad primum respondeo, quod si velit Superior, vt non fiat validè, concedimus totum: at si Superior permittit valorem etiam si prohibeat, nē licite fiat; non præualeat voluntas inferioris; quia in puncto valoris non resistit Superior. Auctoritas verò illorum Iurisconsultorum non est admittenda, ex inconuenienti, quod adducit præsertim Arriaga in *Cur. Theolog. tomo quarto*, *disp.* 23. *sección quarta*, num. 40. & alij.

9. Ad secundum Argumentum desumptum ex *leg. Non dubium*, respondeo, obiectionem illam conuincere, ita obseruandum esse in legibus Imperialibus simpliciter prohibentibus, ob specialem illam Theodosij Constitutionem: quam tamen Gregorius Papa ad Canonicas sanctiones, aut aliorum Regnorum leges non transtulit, sed solum Epistola illa applicauit, qualem vim Imperiales Constitutiones habere debeant. Vide Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 16. *num.* 3. Valquez in *pr. 2. tom. 2. disp.* 164. c. 3. n. 18. Rocafull. in *Praxi Theolog. mor. par. 3. lib. 6. cap. 12.* Suarez de *legib. lib. 5. cap. 29. num. 1.* & alios: Ad Regu-

lam verò illam iuris Canonici, in contrarium allegatam, ex cap. *Qua contra* (8. *de regul. iur. lib. 6. q. 1.* sic habet: Quæ contra ius sunt, debent vique pro infectis haberi; respondeo, Regulam illam intelligi de his, quæ sunt contra ius, dans formam substantialem actui. Ità Sanchez lib. 3. de *Matrim. disp.* 5. *num.* 4. ad *quartum*. Vel respondeo, quod Regula illa nimis generalis sit, multatque intelligentias, & limitationes admittat; sicuti videre est in Glossa ad iuncta, & apud Suarez libro quinto, de *legibus cap. 29. num. 5.* qui rectè aduertit, dictam Regulam Iudici præscribi cuius proinde officium est incipere, contra quale ius, & qua ratione contra illud actum sit, vt intelligat validumne, an invalidum pronuntiare debeat.

10. Ad Tertium de legibus adductis in contrarium de Matrimonio inter Consanguineos vique ad quartum gradum, quod irritum est etiam per simplicem prohibitionem, & de Matrimonio Fidei cum Infideli; relicta aliis Responsionibus; asserto supradicta Matrimonia non esse irrita ex vi alicuius legis Ecclesie scriptæ, sed ex recepta Ecclesie consuetudine, vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione, vnde argumentum non militat aduersus Doctrinam à nobis superius firmatam. Et ita tenent, loquentes de Matrimonio Fidei cum Infideli. Petrus in 4. *disp.* 10. *quæst.* 11. *art.* 2. *verf. Hæc autem.* Petrus de Soto, *leg. 9. de Matrim. in impedimento dispens. cultus*; Ledelma 2. *part.* 4. *quæst.* 91. *art.* 2. ad *fin.* Valentia tom. 4. *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 3. vbi de *disparitate cultus*; Veracuz 1. *par. Specul. art.* 32. *dub.* 11. *concl.* 4. Bellarm. lib. 1. de *Matrim. cap.* 23. *prop.* 1. & 3. Henriquez lib. 12. de *Matrim. cap.* 43. *num.* 5. in *fin.* Petrus de Ledelma, de *Matrim. quæst.* 59. *art.* 2. *dub.* 1. *concl.* 1. Lopez 2. *part. in stract. vbi de matrim. cap.* 5. *nos.* 2. Sanchez lib. 7. de *Matrim. disp.* 71. *num.* 8. Reginaldus lib. 31. *num.* 165. Gutierrez de *Matrim. cap.* 104. Conineck eod. tract. *disp.* 31. *dub.* 3. *num.* 43. Fillucius, tract. 10. *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 127. Quod verò Matrimonia inter Consanguineos vique ad quartum gradum sint etiam irrita solum ex recepta consuetudine Ecclesie, & Apostolorum traditione, patet; nam cum certum sit, esse invalida, & nulla reperitur lex Ecclesiastica scripta que illa irritauerit; consequenter dicendum est, à sola consuetudine fuisse hoc impedimentum irritans inter huiusmodi Consanguineos introductum.

11. Ad quartum Argumentum desumptum ex Anguiano, quod lex censetur irritare actum, quando respicit eius substantiam, vt est in casu nostro; non verò quando prohibet aliquam circumstantiam v. g. quod fiat tali aut tali loco, tempore, &c. Respondeo cum Arriaga in *cur. Theol. tom. 4. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 4. & aliis quod hæc doctrina non est admittenda. Primum, quia sæpe ob circumstantiam aliquam irritatur totus actus; sic est irrita Professio ante completum Nouitiatum, & decimum sextum ætatis annum; & tamen non prohibetur ipsi substantia Professionis, sed circumstantia temporis. Et contra in multis casibus prohibetur substantia actus, & tamen non irritatur, & sic est in prohibitione Matrimonij, quæ fit per impedimentum voti simplicis Castitatis, aut Religionis; nam prohibetur substantia Matrimonij, & actus ipse in se, & ratione sui; tamen non irritatur ex vi talis prohibitionis; vt rectè obseruat Suarez de *legib. lib. 5. cap.* 25. *num.* 11. Igitur dicendum est contra Anguianum, non esse verum, quod quando prohibetur non aliqua circumstantia, sed ipsa substantia actus, ad sit etiam eius irritatio. Et tandem ad auctoritatem Lapi, & Franchi vbi supra addi etiam Respondeo, illos nominatim refelli à Sanchez in *Summ. tom. 1. lib. 5. cap.* 4. *num.* 8. & Bonacina,

nacina; nominatim etiam eos impugnat Bordonus, tract. de Professione Regulari, cap. 3. quæst. 15. Itaque ex omnibus supradictis patet me his diebus in facti contingentia consultum, rectè respondisse, Novitium non habentem alium Canonicum impedimentum, nisi simplicem prohibitionem, nè emitteret, vel admitteretur ad Professionem; hoc non obstante, validè illam licèt illicitè emisisset. Et omnia superius dicta diligenter adnotare volui ad ornatum illius difficultis questionis, An lex prohibens actum etiam illum annullat.

12. Sed si aliquis Curiosus vellet Regulam generaliter ad cognoscendum quando lex prohibens actum eundem irritet, difficile est quidem hoc dignoscere: nec sufficienter, & nominatim à Vasquez disp. 165, cap. 3. cujus Regulas defecere offendit Suarez, lib. 5. cap. 27. & Regulas Suarez etiam defecere probat Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 5. difficult. 3. Melius ergo per alios colligitur, num lex, quæ prohibet, irritet actum, scilicet ex consuetudine, ex communi intelligentia ita legem explicante; item si non solum actum, sed vinculum inde resultans prohibeat, seu si impediatur omnem effectum talis actus. Et hanc Regulam proponit Præpositus in par. 2. D. Thomæ q. 95. disp. 5. num. 53. qui etiam observat vnum valde notandum, nempe probabile esse actum non irritari, quando lex prohibens apponit aliam penam, eò quod Legislator videatur recedere ab illa pœna, lege. Non ambigim, contentus particulari, quam apponit legi suæ. Notentur, vt dixi, omnia apposita in hac Resoluzione, quia erunt satè practicabilia, & quotidiana.

RESOL. CLX.

An Novitius in articulo mortis constitutus, non expleto probationis anno, ad professionem admitti possit? Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 17.

1. Respondeo affirmatiuè cum Beia part. 4. c. 38. Sanchez, & aliis DD. vbi supra, ex privilegio Pij V. anno 1570. die 23. Augusti, quod asserit Rodriguez in quæst. Regul. tom. 6. quæst. 15. artic. 6. quidquid in contrarium asserat Ioann. de la Cruz de stat. relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 3. dub. 6. conclus. 3. Emanuel Sa ver. Religio. numer. 56. asserentes dicto privilegio fuisse postea derogatum à Gregor. XIII.

2. Sed difficultas est, an si dictus Novitius moriatur, succedat Monasterium? Peregrinus in compend. nostrorum privileg. tit. Novitius, §. 2. in scholio, negat, quia istud privilegium fuit concessum ad lucranda indulgentiam plenariam, qua gaudent Religiosi in illo articulo. Deinde privilegium debet strictè interpretari, quando vergit in præiudicium tertij. Ita Peregrinus.

3. Verum ego contrariam sententiam teneo, quam tuetur ex nostra Religione P. Megala in part. 2. lib. 2. cap. 27. num. 50. ex Societate Iesv P. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16. ex Dominicanorum familia P. Zanardus in Direct. Theol. part. 2. cap. 17. ad finem. Idem etiam docent Petrus in privileg. Minorum, tom. 2. Constitut. Pij V. §. 2. tom. 2. num. 1. Ioannes Suarez in Enchiridio casuum conscient. lib. 3. ver. de Profess. §. monialis Novitia. Faultus in Thesaur. Relig. lib. 5. quæst. 167. num. 4. & alij. Ratio est, quia est professionis finis sit consolatio Novitij, & spiritalis ipsius fructus, & nulla successione Monasterij in bona mentio ibi fiat: at vbi semel virtute illius privilegij professus est, redditur verè in posterum pro-

fectus * nec ad pristinam sanitatem restitutus indiget alia professione, sed fruatur omnibus professorum privilegiis: at eo ipso, quod aliqua persona proficetur, succedit Monasterium ipsi. Quare Pontifex nulli iuri alterius in hoc derogat. Ius enim venientium ab intestato est, vt Novitio decedente ab intestato ipsi succedant; quando autem virtute privilegij proficetur, non decedit Novitius. Et hæc omnia docet Sanchez vbi supra. Ex quibus patet responsio ad argumenta Peregrini.

4. Adde quod Megala vbi supra, tenet ex Decio, & aliis, bona Novitij decedentis ab intestato ante emissam professionem, Monasterio acquiri. Ergo multo magis acquiri debent, si tempore mortis Novitius intestatus proficetur. Vnde secundum sententiam Megalæ non obstat dicere cum Peregrino, quod privilegium Pij V. conceditur tantum ad indulgentiam lucranda, nam opinio Megalæ non fundatur in privilegio, sed in dedicatione personæ, & bonorum, quæ fit tempore simplicis ingressus in Religionem. Sed ego puto cum Zanardo, Sanchez, & aliis, nostram sententiam esse veram secundum privilegium Pij V. Quidquid asserat Peregrinus, & Rodriguez tom. 3. quæst. 15. artic. 6. Portel in an. Regul. ver. Novitij, num. 35. Villalobos in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 15. num. 12. & alij.

RESOL. CLXI.

An in articulo mortis possit dari professio Novitij? Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Et an in dicto casu, quo fiat professio, Novitius, vel Novitia conualescens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri? Ex part. 5. tractat. 3. Resol. 139.

§. 1. Ad hoc dubium ita respondet Hieron. Rodriguez in Compend. qq. regul. ref. 101. numer. 40. Novitij Ordin. S. Dominici habentes legitimam ætatem ad profendum, in articulo mortis constituti possunt professionem emittere non completo anno probationis, ex Pio V. apud Bullar. Sed hoc ad consolationem spiritualem in foro tantum interiori concessum est, scilicet ad consequendam indulgentiam plenariam. Vnde virtute huius professionis non potest peti hæreditas Novitij defuncti, sed ad suos hæredes ab intestato pertinet. Nec hoc privilegium est reuocatum per Gregor. XIII. in reuocatione generali eorum, quæ sunt concessa à Pio V. contra ius & Concil. Tridentinum, quia non reuocavit in sua constitutione indulta pertinentia ad forum conscientie, quale est supradictum privilegium, quo quidem gaudent per communicationem Novitij, & Novitiae aliarum Religionum. Aduerte tamen quod Novitius, vel Novitia conualescens de infirmitate tenetur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri, ibid. artic. 6. & tom. 1. quæst. 8. art. 9. & addit. Sum. tom. 4. cap. 63. num. 4. & 5. Idem docent Henric. lib. 13. de excom. cap. 40. num. 2. in comment. lit. R. Sanchez vbi sup. num. 16. vbi existimat contra nostrum Authorem Monasterium succedere tali Novitiae defunctæ eo modo, quo succedit in bona profitentium legitimo anno Novitatus peracto. Sed immeritò quia nullo nititur sufficienti fundamento; nam, vt constat ex tenore dictæ confessionis, ea fuit facta ob solatium, & fructum spirituales Novitiae nempe ad consequendum meritum professionis, & indulgentias, neque vnquam Pontifices suis privilegiis intendunt præiudicare iuri alterius, nisi

* Sup. hoc in Ref. l. q. §. 1. ante mediū, à ver. Aduertere tamen, & in §. vi.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq.

Sup. hoc in R. l. i. nor. præterita §. Verū cuius post mediū, ver. Nec ad pristinum.

Sup. hoc in Ref. præterita à §. Sed difficultas.